



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Friderico II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

mundum, qui Episcopus fuit Herbipolensis, & administrator Mersburgensis: Guilhel-
 mum, qui cum magna laude Alberto II. Au-
 striaco Imperatori militavit contra Bohe-
 mos, à quo ob res fœliciter gestas Ducatum
 Lucelburgensẽm in feudum accepit, quem
 tamen quinquennio post Carolus Audax,
 Dux Burgundiæ actu occupavit, suoque ære
 redemit. Anno 1444. Post Ladislai Au-
 striaci, Regis Bohemiæ, obitum, in dissensio-
 ne Ordinum, à quibusdam, Silesijs præci-
 puè, Rex electus, Georgio Podiebracio, ab
 altera factione electo, ceu Ionathas Dauidi,
 sponte cessit, ac perpetuo fœdere cum ipsius
 familia inito, filiam suam Annam Henrico
 Georgij Regis filio sponsam collocavit. An-
 no dehinc salutis nostræ 1461. in Palæsti-
 nam profectus cum nonaginta & quatuor
 itineris comitibus, reduxit ex illis sexaginta
 quatuorequires auratos. E viuis excessit An.
 1483. Vinariæ in* cœnobio à se cõdito inhu-
 matus, relicto post se nomine *Principis laud-
 bilis, & egregij Bellatoris.*

* Zum
 Bar-
 füsser.

DE FRIDERICO II.

PORRO Fridericus II. cognomine *Placi-
 dus*, ingenio, & moribus verè mitis, &
 pacificus, bella, & contentiones, quantum
 potuit, defûgit: & memorabile est, quod cum
 aliquan-

O sapiens
dictum, &
pium!

* simile ta-
mē exem-
plū refert
Cuspinia-
nus de Ec-
clesia quæ
est Varadi-
ni in Vn-
garia per
Sigismun-
dum Imp.
introdu-
ctum,

aliquando incidisset in litem, & bellum cum Friderico, Archiepiscopo Magdeburgensi, & per exploratores cognouisset pium Præsulem causam commisisse Deo, qui pro ipso pugnaret, fertur dixisse: *Alius insaniat, vt bellum inferat ei, qui confidit se Deum defensorem habiturum.* Nouenos tulit ex coniuge Margareta Austriaca, Friderici III. Imp. sorore liberos, è quibus Ernestus, & Albertus soli maturuerunt. Nobile par fratrum, quorum vterque stemma propagarunt, vterq; coniunctâ opera Ecclesiam Cathedralem Misnensem, in qua diuinę laudes * peculiari exēplo noctes dieque decantarentur, mirum in modum exornarunt, ac perfecerunt.

DE ERNESTO.

ERNESTVS in Electorali dignitate successor, Princeps optimus meruit audire virtutibus suis, bonitate naturæ, ingenij prudentiâ, morum grauitate, quibus magnam sibi conciliauit Authoritatem, *Pater patriæ, & pietatis Corona.*

DE FRI-